

**Panegyrin medicam ... indicit. De inepta cognitionis Graeci sermonis simulatione. [Cum vita candidati F. Francke.] / [Karl Gottlob Kühn].**

**Contributors**

Kühn, Karl Gottlob, 1754-1840.

**Publication/Creation**

[Leipzig] : [Staritz], [1821]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/mqfs6fjs>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

2  
D. CAROLUS GOTTLLOB KÜHN

PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE PROF. PUBL. ORD.

UNIVERSITATIS LITERARUM LIPSIENSIS

H. T.

P R O C A N C E L L A R I U S

PANEGYRIN MEDICAM

D. XVIII. MAII A. R. s. CLXXXI

IN

AUDITORIO IURIDICO

HABENDAM

INDICIT.

---

*De inepta cognitionis graeci sermonis  
simulatione.*

Инициалы

Слово о полку Игореве

Слово о полку Игореве

и т. д.

Слово о полку Игореве

Слово о полку Игореве

Слово о полку Игореве

и т. д.

Слово о полку Игореве

Слово о полку Игореве

и т. д.

Слово о полку Игореве

Слово о полку Игореве

W. Leipz. Literat. Zeitung 1824. No. 164, - 165. July.

Die Leidende Naturgeschichte - ihrem Kürpfen und auf Antagonismus.  
der Recension aus den neuen Systemen der Natur und Hartmann  
Klebs, Neumann & Kierau.

der Kürpfen ist hauptsächlich in den Menschenkörben am Kopf und Hals  
an vorgebildete <sup>oder</sup> ein geistiges, das in der Leidenden und d. Krankheit  
in dem Untergeschlecht aufgetreten ist. Kürpfen ist ein Krankheit, die  
im ersten Jahr nicht doppelt leben und doppelt förmig ist, so  
dass sie sich nicht wiederholen kann. D. f. ist ein unterscheiden. (d.  
affinen, wodurch sie ein geistiges Leben haben und fast doppelt werden,  
so dass es doppelt, wodurch man Kürpfen kann, d. f. Ge-  
ist eines Kürpfen. So kann es, da man doppelt Leben und Krankheit auf ein  
einfach geistiges Förmig, <sup>zu</sup> vollenden. allain d. Kürpfen ist d. f. ein einfaches  
Doppel Förmig, <sup>zu</sup> einem ist auf alle für Leidende gründet, <sup>zu</sup>  
welchen eigentlich gar nicht.

Es ist Psychologen, die doppelt Leben in doppelter Förmig umfangen, bestimmt  
mit dem doppelten Geist, der folglich d. vorgebildete <sup>oder</sup> ein geistiges Leben  
oder folglich ein Leidender in unterscheiden Förmig; <sup>d. f. acc.</sup>  
d. vorgebildete Leidende ist ein Geist, der vorgebildet ist, so ist d. f. z. doppelt im  
Leidenden <sup>zu</sup> unterscheiden kein Unterschied, und in vorgebildeten Leid-  
den unterscheiden doppelt Leidende, so ist es auf ganz einfache, <sup>zu</sup> vorgebildet  
vom Leidenden Leidende <sup>zu</sup> unterscheiden kann. Wenn doppelt Leidende  
Leidende ist nicht so in den Förmigen, so sie empfehl, <sup>zu</sup> d. f. von best-  
sich sein müssen, auf dem vorgebildeten, in Doppel Affinen Red, so  
d. vorgebildete <sup>zu</sup> geben ist. Main Gallen hat auf, was er vorgebildet Leidende  
Leidende Mutterring und Lungen <sup>zu</sup> der Niere; Kürpfen ist d. f. Leidende  
auf d. vorgebildete <sup>zu</sup> Leidende. Nur die Leidende d. vorgebildet Leidende  
Leidende ist im vorgebildeten Leidende in einer Förmig.

Kinderleid ist Hartmanns. Wohl. (die Kürpfen Leidende in den Kreis  
der d. vorgebildeten Leidende) als ein Leidende mit dem Leidenden, wie es  
bestehen in Vorsicht, s. f. vorgebildet Leidende <sup>zu</sup> Leidende d. vorge-  
bildeten Leidenden in einer Förmig.

Also d. vorgebildete Leidende ist Leidende Leidende (Leidende d. vorgebildete  
Leidende <sup>zu</sup> Leidende in einer Förmig Leidende). R. W. W. 1824. In  
Nichts besteht in einer Förmig Leidende, den wir in einer Förmig Leidende  
Leidende. In einer Förmig Leidende ist Leidende Leidende (Leidende d. vorgebildete  
Leidende <sup>zu</sup> Leidende System d. vorgebildete Leidende Magistratur, 2. Aufl. 1822)  
nichts bestanden in einer Förmig Leidende.

Récherches sur les causes physiques de l'aliénation mentale par M.  
Pinel fils. 1826. (Vid. Nouveau Bulletin des Sciences par la Société Philomathique à Paris. Mars 1826. p. 488)  
Pour arriver à la connaissance de toutes les causes physiques de l'aliénation  
mentale, M. Pinel fils devait devoir appliquer à cette investigation la division  
suivie pas Richet pour les fonctions animales et organiques, et étudier les infe-  
nies physiques qui exercent l'un sur l'autre l'appareil nerveux de relation et l'appa-  
reil gagnionnaire. Ce plan divise ses travaux en deux parties principales : une consacrée  
à la recherche dans le cercueil des causes physiques qui produisent le folie et l'autre  
à l'association des influences physiologiques et mobiles que l'air, l'eau et les  
systèmes nécessaires exercent sur les facultés intellectuelles. C'est la première  
partie de ce travail que M. Pinel fils a lue à l'Académie des sciences.

Ainsi nous rappelle le chercheur auxquelles ont été soumis jusqu'à présent le  
cerceuil des malades, l'auteur reconnaît que leur cerveau présente en général deux  
espects fort différents : ou toute la phénomènes, tels que l'injection, le rougeur, le  
mollissement du tissu cébral annoncent qu'il a été le siège d'un afflux de sang con-  
sidérable ou le foyer d'une irritation continue et d'une exaltation pathologique ;  
ou bien on observe une apparence tout opposée, la décoloration, le pallore, la  
décidité du rougeur et l'affaiblissement des circulations, indiquant que cet  
organe a été le siège d'un travail lent et chaotique qui a dénaturé son organi-  
zation. Les premiers de ces états produisent l'agitation, la manie et la delira-  
tion furieux ; le second détermine successivement la perte de l'intelligence et la  
désincarnation. M. Pinel fils rapporte des observations où tous ces phénomènes, et les  
altérations correspondantes sont rapprochés avec exactitude. Il devint le caractère  
notable de ces diverses liaisons et notamment ceux, que l'irritation apporte  
dans les substances grise et blanche ; et conclut que l'on peut reconnaître dans  
le cercueil des causes physiques, qui produisent la folie ; qu'il existe pour cet organe  
comme pour les autres tissus, des phénomènes d'irritation ; que cette irritation a une  
marche assez stationnaire ou chaotique et se termine par resolution, par inflam-  
mation ou par induction. En rencontrant ainsi des altérations, vers les symptômes,  
il se reconnaît plus la manie, la melanolie et la demence, comme trois espèces  
d'aliénation mentale, mais comme les trois périodes de la même affection ; périodes  
décidées et associées. Dans toutes les maladies sous le nom, d'état aigu, statio-  
naire ou de progrès à l'état organique ; seulement ces périodes, dans la folie  
embrassent l'espace de dix, quinze et vingt années ; et l'on voit que leur succès, &c  
est beaucoup plus rapide dans les autres maladies.

Qui nuper in manus meas incidit HENR. STEPHANI liber de abusu linguae graecae in quibusdam vocibus, quas latina usurpat, admonitio (Berol. 1756. 8.), in quo multa e scriptis eruditorum viorum exempla cumulantur, quibus luculentissime probatur, ignorantiam graecae linguae gravissimos de nominum genere, declinatione, numero, terminatione; de adiectivis nominibus, e graeco sermone sumtis, terminatione autem latina deformatis; de aliis vocabulis graecis, inusitata significatione adhibitis etc. errores peperisse — hic igitur liber me monuit, ut vestigia magni illius viri legerem atque e recentissimis temporibus exempla proferrem, quae similium errorum reos faciunt scriptores, interdum vel maxime celebratos. Ridicula et saepe absurdia est simulatio cognitionis graeci sermonis, quam adeo frequenter nostri aevi scriptores praeferunt, ut non possimus hac de re non indignari. Nisi enim id, quod optime latinis verbis exprimi potest, graeco vocabulo insigniant, putant male, seu viro erudito minus digne scripsisse. Sed quanto melius suae existimationi consuluissent, si penitus ab illa graeci sermonis cogniti simulatione abstinuissent. Nam cum et huius sermonis peritos sese fingunt, ignorantiae, quae puerum, vel prima linguae graecae elementa edoctum, pudeant, specimina edunt. Qui quidem graecae linguae abusus, nostris temporibus adeo frequens, ut tanquam morbus epidemius grassetur,

non formatione tantum terminorum, quibus partes corporis anima-  
lis, aut medicamentorum compositiones, aut morbi insigniuntur,  
continetur, sed ad artefacta etiam corpora, instrumenta et quae  
sunt reliqua, transfertur. Sunt enim, qui sibi persuasum ha-  
beant, librum, aut instrumentum, aut medicamentum, aut cor-  
pus quodecumque arte productum eo plures emtores inventurum  
esse, quo difficilius intellectu sit nomen, quod ipsi imponunt.  
Ad hunc autem finem consequendum nihil aptius esse opinantur,  
quam si denominationem e sermone desumant, qui et a plurimis  
nostrae aetatis viris, eruditorum nomine salutatis, aequo negli-  
gitur, ac olim neglectus iacuit. Huius ignorantiae specimina,  
in scriptis medicis seculorum decimi quarti et quinti tam lepida  
occurrunt, ut vel maxime severo et composito homini excutiant  
risum. Sic ANT. GUAINERIUS Papiensis, qui inter meliores se-  
culi decimi quinti scriptores numeratur, oesophagum derivat ab  
*yso*, quod *inter* denotare putat, et *a fago*, quod per *ductionem*  
explicat, ut igitur oesophagus sit nutrimenti intusductio. Io.  
de VIGO in *Practica ad filium Aloysium*, cui eruditionis utilita-  
tem et necessitatem commendavit, (Romae 1514. f.) suae ipsius  
eruditionis praeclarum specimen exhibuit, cum anthracis vocabu-  
lum ab *antro* derivaret, quod abscessus ille gangraenosus formaret.  
Io. LANGIUS, seculo decimo sexto clarus, simile quoque ignoran-  
tiae documentum narrat. (*Epistol. medic. libr. I. p. 29.*) Cum  
enim plures medicos, quibuscum in convivio convenerat, quaer-  
eret, num τρέπανον ἀβάπτιστον vidissent, hi ultimae vocis grae-  
cae sensum ignorantes, confessi sunt, frustra quaeri in Germania  
τρέπανα ἀβάπτιστα, in qua tantum pueri et campanae baptiza-



Digitized by the Internet Archive  
in 2017 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b29306644>



rentur. Quibus cum LANGIUS regereret, se Romae tale instrumentum apud VIGONEM, Pontificis IULII chirurgum, vidiſſe, celeriter respondebat, qui ex illis plurimum sapere sibi videbatur, Romae ob praesentiam summi pontificis omnino facile illa instrumenta baptizari posse. Omnia autem lepidissimum exemplum, quo sermonis graeci, cuius tamen cognitionem simulamus, ignorantia ducat, exhibet H. STEPHANUS in praefatione laudati libelli. Narrat scilicet fuisse, qui diaboli vocem e duabus graeci sermonis vocibus derivaret, quarum una, *dia*, significet *duo*, altera, *bolus*, frustum, quoniam diabolus duo de homine frusta faciat, unum de corpore, alterum de anima.

Nisi tam graviter, satis tamen absurde et hodie adhuc eadem in re peccari solet a viris, quorum auctoritas plurimum valet ad tales errores longe lateque divulgandos. Sic, ut illustri utar exemplo, REILIUΣ, moris, qui nunc obtinet, singendorum vocabulorum ad indicandas res, quae optime latinis exprimi poterant verbis, tyrannide abreptus, *neurilematis*<sup>\*)</sup> vocem adhibuit, quae variis modis contra graeci sermonis genium peccat. Primum enim velim doceri vel uno exemplo, τὸ νεῦρον in compositionibus verborum ο commutare cum υ. Occurrit νευρονοπέω in GALEN. *de admin. anat.* III. c. 9. p. 146. Bas. ubi de venaectionis in brachio male administratae damno exponit, quo omnium digitorum resolutio facta sit: ὄλτυον δ' ὑστερον ὁ χειρουργη-

---

<sup>\*)</sup> Vid. Ei. *exercitat. anat. fasc. I. de structura nervor.* Hal. 1796. f. p. 1. „*Voces tunica nervosa et nervea, cum sensum obliquum, quasi haec tunica e materia nervea conficeretur, subministrare videantur, potius graecis vocabulis neurilemate, et neurhymene utar.*“

Θεὶς οὖτε κινεῖν τι τῆς χειρὸς ἡδύνατο, καὶ τῶν φαινόντων οὐκ ἡσθάνετο — ἐπεκράγει τε πρὸς τὸν λατόν αὐτῷ τῷ ὄμματι χρώμενος τούτῳ, ἐνευροκόπησας μὲν τὸν ταλαιπωρον. Adeo facilis est huius loci emendatio, ut et SCALIGER, et CORNARIUS, et meum Basil. edit. exemplum convenienter in μέν mutando in με. Dein quoque νευρόπαχυς, non νευρίπαχυς, occurrit in HIPPOCR. *de ven.* c. 22. quem locum ita laudo, ut SCHNEIDERI, in *Lexico s. v. legentis νευροπαχής*, conjecturam probem. Etenim quamquam bene memini, ὑπόπαχυς in DIOSCORIDE saepius occurrere, tamen et alia adiectiva in *v* desinentia *v* in *η* mutant, cum coniunguntur cum substantiva voce, et tunc tantum *v* retinent, cum coniunguntur εἰς ὑπὸ aut ὑπέρ, ut ἡδὺς, quod θυμῷ nuptum θυμηθής format, unde θυμηθία, quo GALEN. *ad Glauc.* utitur, in ὑπέρηθνς autem primitivae vocis *v* retinet. Idem in compositis vocibus αβαρνίς, βαθὺς etc. locum habet, unde θυμοβαρής, χειροβαρής, aliaque formantur. Alterum vitium, quod in REILII *neurilema* reprehendo, a sermoni graeci ignorantia pendens, est, quod ista noviter excusa vox plane aliud quid significet, quam quod REILIUS voluit. Cum enim accuratius in nervorum structuram inquireret, detexit cuiuslibet nervi medullam vagina, e densa tela cellulosa constante, circumdatam esse, qua nervea massa, in varia fila divisiva, contineatur. Horum filorum nunc plura, nunc pauciora in fasciculos coeunt, simili vaginala cellulosa conclusos. Cuius quidem velamenti, tum communis, tum singulorum fasciculorum nomen quamquam e latina lingua commode peti poterat (quid enim aptius esse potest, quam externum totius nervi velamen *vaginae nerveae*, intus conclusas autem, easque longe tenuiores





*vaginularum nomine insignire?*), tamen illud infelici ausu e graeca repetebat lingua, atque sic luculenter probavit, minus cognitam illius ipsi fuisse rationem. Nam *λῆμα* secundum Etym. Gudian. p. 568. 45. denotat τὸ τῆς ψυχῆς παράστημα; ita enim loco τύχης legendum esse, patet quoque e DIODORO Sic. II. p. 166. ed. Wessel. ἔτι δεῖ τῷ παραστήματι τῆς ψυχῆς πλεονεκτοῦντες ἐνεκαρτέρουν τοῖς δεινοῖς..

Neque vero potest a *λῆμα* derivari, quippe quod eodem Etymol. Gudiano teste, significat τὸ λαμβανόμενον, πέρδος, quoniam Etymol. M. habet τὸ δὲ (*λῆμα*) ἐπὶ τὸν λαμβανομένου, interiectis autem nonnullis verbis *λῆμα*, πέρδος, θράσος, δύναμις, τόλμημα, ἀξίωμα occurrit. Quae quidem glossa mihi e confusione duarum vocum *λῆμα* et *λῆμα* orta esse videtur. Manifestum enim est, significaciones πέρδος (quo sensu *λῆμα* apud PLUTARCH. in PERICLE c. 12. occurrit,) et ἀξίωμα pertinere tantum ad τὸ *λῆμα*, contra ea θράσος, δύναμις et τόλμημα ad τὸ *λῆμα*. Cuius quidem permutationis multa congesserunt exempla WESSELING. ad *Diod. Sic.* II. 58. VALKEN. ad AMMON. II. 15. PIERSON. ad MOER. p. 246. et in HERODOTO in primis illam fere perpetuam esse probavit WESSELING. ad HERODO. p. 408. aliisque locis. Componendum ergo REILII *neurilema* ex νεῦρον et *λέμα*, atque scribendum *neurolemma* (vernaculo sermone *Neurolemm*). Est autem τὸ *λέμα*, EROTIANO auctore p. 242. ἡ ἐπιδεκατίς καλούμενη. Quo loco dubius ARISTOTELIS locus, eadem voce de membrana natatoria avium aquaticarum utentis, melius forte illustrari et confirmari potest, quam iis, quae Excell. SCHAEFERUS ad ARISTOPH. *Plut.* 494. hac de re protulit. THEOPHILUS, proto-

spatharius cognominatus, *de corp. hum. fabr.* V. 26. p. 902. *Bibl. graec. Fabric. c. XII.* de praeputio eandem vocem adhibuit: πρὸς δὲ τὸ ἄκρον ἀντοῦ (ἀνδοίου) ἐπιθεματὶς ιρέμαται, ἡ τις ὄνομά εσται πόσθη, ὅπερ ἐκτέμνεται ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, quae ultima verba pessime vertuntur *in cunni percussione*, cum sensus sit, *quod in circumcisione abscinditur*. *GALEN. de simpl. med. facult.* VII. to. II. p. 88. ed. Bas. οὐρώνου λέμματι προσφάτῳ. — τὸν οὐρώνου δ' ὄντοῦ τὸ μὲν ἐδώδιμον, ἐλαῖῳδές τ' ἔστιν καὶ λεπτομερές, ὥστε διὰ τοῦτο καὶ ἐκχυλοῦται ὁρθίως. *CORNARIUS* in suo Galeni exemplo Aldino addidit: *Lego ἐκχολοῦται*. *DIOSCORIDES I. c. 197 χολοποτά habet.* Sed equidem nihil mutandum censerem. Nam oleae fructus inter edulia quidem referendos, sed olei plenos esse atque subtilibus partibus constare, et hanc ob causam facile humorem iude elici posse. Caeterum ἐκχυλοῦσθαι lexicis ex hoc loco addi poterit. — *THEOPHR. de hist. plant.* IV. c. 12. p. 156. ed. Schneid. ὅταν συλλέξωσι (κάλαμον), τιθέασιν ὑπαίθριον ἐν τῷ λέμματι. In DIOSCORIDE saepius de exteriori velamento. Quare Etym M. p. 288. 58. δρύψελλον exponit per τὸ λέμμα, φλοιός. *ATHEN. deipnos.* II. p. 55. C. VI. 254. D. quae loca *VALCKENAR. in schol. in N. T.* to. I. p. 452. laudavit.

Talia peccata, quae a linguae graecae ignorantia pendent, plura colligi possunt e BLANCARDI *lexico med. tripert. renovato* cuius nosissima editio curata est a IAC. FR. ISENFLAMMO. Lips. 1777. Voll. II., id quod propterea acerbius dolendum est, cum hicce liber in primis tironibus dicatus sit. Aliquot inde promam exempla. *Absinthii nomen ab ἄψεσθαι*, i. e. contrectando,





per antiphrasin derivatum esse contenditur; quod nullum animal ob eximiam amaritatem hanc herbam attingat. Sed quis unum unquam exemplum proferat, quo a futuro verbi substantivum esse derivatum probetur? Quae porro adiicitur etymologia, illa quidem ex Etym. M. p. 183. 25. hausta est. Ἀψίνθιον, εἴδος βοτάνης πικρᾶς, ὡς καὶ τὸ ἀβρότανον. ἔποιε δὲ τῶν πομπῶν ἀπίνθιον καλοῦσι. (Falsum igitur BLANCARDI ἀπένθιον esse patet) καὶ ἐστὶ ἀπίνθιον, ὃ ὅντε ἀν τις πίῃ διὰ πικρότητα· οὐ παρὰ τὸ ἄπτω, οὐ δύσεις ἄπτεται. Etym. Gud. convenit, praeterquam quod pro ἀβρότανον male ἀβρότιον, et pro ἀπίνθιον scribit ἀπίντιον, et ultimo loco allatam etymologiam penitus omittit. Denique ab α privativo et ψίνθος deducitur absinthii nomen, quasi sit herba, quae nullam adferat delectationem. ψίνθος, quod solus HESYCH servavit, ab eo exponitur per τέρψις. — *Cathartica* medica-  
menta p. 253. commemorantur, quae nulla sunt. Nam cum  
haec vox descendat a ζαθαρτικός, debet scribi non cathartica,  
sed cathartica, uti recte quoque idem BLANCARDUS scripsit ca-  
tharticum sal seu Ebshamense. — Simili modo depravatum est  
*diagrydii* nomen, quo intelligi constat succus *Convolvuli scammoniae*, lacrymarum in modum e vulnerata plantae radice gut-  
tatum stillans, et aëris calorisque accessu induratus. Δανχύδιον  
igitur male mutatum in *Diagrydium* est. In DIOSCORIDE (IV.  
c. 171.) autem quamquam de *Convolvulo scammonia*, rationi-  
busque variis, succum plantae colligendi, copiose actum est, ta-  
men succi stillicidium, cum lacrymarum profusione comparatum,  
indeque adeo nomen succi derivatum esse, ibi non legi. Vide-  
tur hocce τοῦ δανχύδιον nomen a NICANDRO fluxisse, quippe

qui in *alexiph.* non solum vs 484. δάκρυ νεοβλάστοι καμῶνος, *lacrymam scammoniae novos surculos emitte*ntis habet, sed etiam de aliis plantarum succis, guttatum e vulnere stillantibus, eadem metaphora usus est, v. c. de opio vs. 433. μήκωνσες κεφληγόνου δάκρυ. — Pag. 669. *ionthus* inepte deducitur aut ab ὄνθος, *simus*, quia faciem deturpet et foedet, aut ab ἄνθος, *flos*, quoniam in ipso aetatis flore et vigore efflorescat. Ex utraque voce quomodo ἄνθος oriri queat, difficile foret ostensu. Etym. M. ἄνθος deducit ἀπὸ τοῦ εἰς τὸ ἄνω λέναι τὴν τρίχα, ὡς ἄνθος βλαστάνουσαν, quod Etym. Gud. p. 279. fere iisdem verbis repetit, ἀπὸ τοῦ ἄνω λέναι τὴν τρίχα, ὡς ἄνθος βλαστῆσαν. Ultima vox videtur mendo laborare. Ionthi autem nomine PAUL. AEGIN. *de re med.* lib. III. p. 82. ed. Bas. intelligit ὄγκους σμικροὺς καὶ σκληροὺς περὶ τὰ πρόσωπα, qui cum tempore perfectae aetatis efflorescere soleant, a nonnullis ἀκμαῖ vocati sunt, teste CASSIO iatrosoph. in *quaest. natur. et med.* p. 42. ed. Tig. 1562. 8. AETIUS *tetrab.* libr. VIII. p. 151. 6. πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῦ προσώπου φακούς. οἷς τισι καὶ ἐπὶ ἐφηλίδων δεῖ κεχρῆσθαι. καὶ λόνθων δεῖ κεχρῆσθαι πρὸς θύμους δὲ καὶ μυωμηκίας, καὶ ἀκροκορδῶνας, γέγραπται ἐν τῷ etc. In quo loco haud dubie scribendum est: οἷς τισι καὶ ἐπὶ ἐφηλίδων καὶ λόνθων, καὶ πρ. θύμ. κ. μυωμ. κ. ἀκροκ. δεῖ κεχρῆσθαι, γέγρ. ect. Poteram plura exempla inscitiae graeci sermonis e BLANCARDO depromere. Sed haec haud dubie sufficierent probabunt, quam necessaria sit huins libri, tironium usibus destinati, accuratior recensio.

Consuetudinem, e graeco sermone nomina repetendi, risit quoque facetissimus quondam GEO. CPH. LICHTENBERGIUS (*Ver-*





*mischte Schr.* Th. VI. p. 264 — 504.) in iis, qui ne minima quidem huins linguae peritia callent. Ridendi occasionem ipsi praebuit quidam HENRICUS de SUBERVILLE, qui instrumentum invenerat, quo variorum locorum distantias ex uno eodemque loco metiri licet, idque, ne huius inventi gloria suique nominis memoria periret, haud dubie in ea versatus opinione, ut reliqua instrumenta, in *metrum* desinentia, haberent in vocabuli initio inventoris nomen, HENRICOMETRUM appellavit, quod, si vim denominationis huius accuratius pensitemus, nihil aliud significare potest, quam instrumentum, ad Henricos metiendos aptum. In eodem instrumentorum catalogo, quem LICHTENBERGIUS l. c. exhibuit, legi alius, ab ADAMSIO Londinensi inventi et a Magellano denominatae machinae nomen, e quo ad instrumenti naturam et usum nullo modo coniectura fieri potest. MAGELLANUS enim illud, cuius usus in definienda vi telescopiorum, convexis vitris ocularibus instructorum, obiectas res augendi, esse debet, *auzometrum* nuncupavit. Sed aut *auxesimetri* (ab ἀυξησοις, PLAT. *de legg.* X. p. 897. ἀγονοι πάντα εἰς ἀνέψησιν καὶ φθίσιν, ubi tamen VALCKEN. ἀυξῆρν coniicit, forte quod haec duo substantiva partim a PLATONE ipso *de republ.* VIII. p. 521. E. et alibi, partim a TIMAEO Locr. p. 547. invicem coniungantur. Vid. RUHNKENII, VALCKEN. et alior. *epist. ex autograph. edit.* Lips. 1812. ab Amicissimo collega, I. A. H. TITTMANNO, Viro Summe Reverendo, p. 152.) aut *auzometri*, non uti LICHTENBERGIUS maluit, *auxometri* denominatio erat eligenda.

Io. BARTHIUS, Norimbergensis, instrumentum excogitavit, cuius ope tempestatis ratio in antecessum poterat definiri, idque

Vernaculo sermone vocavit *Wetterparoscop*. LICHTENBERGIUS (*Neues Hanöv. Magaz.* 1794. No. 75. u. *Verm. Schrift Th. VIII.* p. 124.) nomen hoc ab initio deduxit a *baroscopio*, opinatus, inventorem permutasse ob orthographiae ignorantiam b et p. Quod quamquam falsum esse, paulo post intellexerat, rectius derivans vocem a πάρος, quod, ut adverbium adhibitum, *antea* denotat, et σκοπός, *explorator*, tamen et hanc vocis compositionem damnavit, his usus rationibus, quoniam πάρος, utpote adverbium, σ finale haud abiicere debeat; dein omnia vocabula, a πάρο incipientia, rectius a παρὰ et voce, cum o brevi incipiente deriventur, et denique πάρος aequa ineptum sit ad componendam vocem, ac latinorum *antea*. Poterat aptius, si hybrida voce uti voluerimus, vocari *Wetterproscop*.


Sed cum copiosissima, quae adhuc supersunt, exempla ignorantiae graeci sermonis, in fingendis novis verbis proditae, hac scriptiuncula exhaustiri nequeant, subsistam hic, atque causam, qua commotus haec pauca praefatus sum, declarabo. Scilicet indicanda est panegyris, cuius habendae opportunitatem suppeditavit Candidatus medicinae Praenobilissimus,

FRANCISCUS FRANCKE,

MEDICINAE BACCALAUREUS DIGNISSIMUS;

qui quantum elaboraverit in eo, ut se dignum redderet summis in arte medica honoribus, optime patebit e vitae academicae





ratione; quam assidue in literarum universitatibus, Lipsiensi, Gottingensi et Berolinensi secutus est. Eam autem exposuit **Ornatissimus Candidatus** his verbis:

*Natus sum Ileburgi anno MDCCXCVI patre CHRISTIANO GOTTLÖB, Medicinae Doctore, ante XII annos præmatura morte, quod pie lugeo, humanis rebus erepto, et matre CHRISTIANA CAROLINA e gente Kreysigiorum, superstite adhuc: quod sincerrimo animo mihi gratulor. Hi parentes optimi in omnibus, quas prima aetas fert, literis me imbui curarunt, atque anno aetatis undecimo in scholam Nicolaitanam, Lipsiae florentem, deduxerunt. Reliqui autem hanc iam uno anno praeterlapso, cum inde ab hoc tempore post obitum patris optimi, avunculus optimus KREYSIG, Potentissimi Reg. Saxon. Consiliarius aulicus et archiater, benignissime me Dresdam deductum, in domum suam reciperet, omnemque amorem paternum et educationis curam in se susciperet. De cuius quidem viri, et coniugis eius dilectissimae, egregia et vere paterna erga me benevolentia, et innumeris beneficiis, quibus ad hodiernum usque diem tanquam filium me exornarunt, plura dicerem, si unquam grates sat magnas, et quid intimo pectore sentiam, verbis exprimere possem. Tradidit autem ipse me primum institutionibus scholæ St. crucis, in qua præ ceteris præceptores colui fidelissimos b. PAUFLERUM et b. BRAEUNIGERUM; anno aetatis XIV vero scholæ regiae Afranae, Misenae florenti, ubi per integrum quinquennium institutione b. TZSCHUCKII, KOENIGII, b. HENTSCHII, KREYSIGII, WEISKII, BALZERI, WEICHERTI atque LUEDICKII frui mihi contigit,*

quibus praceptoribus pro summis in me meritis et ob insignem,  
quo me amplexi sunt, amorem summas publice ago gratias. Anni  
MDCCCXVI mense Martio Dresdam redii et civibus Academiae  
medico-chirurgicae adscriptus per dimidium annum scholis adsedi  
anatomicis et physiologicis Ill. SEILERI, botanicis b. TREUTLERI,  
physicis et chemicis Exc. FICINI. Mense eiusdem anni Octobri  
universitatem literarum Lipsiensem adii et a viro Magnis. WIE-  
LANDO, cui fasces tum erant, albo academico insertus sum. Fre-  
quentavi paelectiones philosophicas b. PLATNERI, Exc. KRUGII  
et Exc. POELITZII, cuius et historicis interfui, physicas et che-  
micas Exc. GILBERTI, botanicas et zoologicas Exc. SCHWAEGRICHENII,  
anatomicas b. ROSENmuELLERI, physiologicas b. PLAT-  
NERI et Exp. WEBERI, pathologicas Exc. KUEHNII, physiolo-  
gicas Exc. HEINROTHI, pharmaceuticals Exc. ESCHENBACHII,  
exercitationes disputatorias Exc. PUCHELTI, obstetricias Exc.  
JOERGII. Examine theoretico mense Martii anni MDCCCXVIII  
feliciter superato rem publicam literariam Gottingensem petii, ubi  
paelectionibus adsedi Exc. STROHMEYERI de chemia, Ill.  
SCHULZII de anthropologia, Ill. HIMLYI de therapia et patho-  
logia speciali nec non de ophthalmologia, et Ill. LANGENBECKII  
de chirurgia, quem et ad aegrotorum lectulos comitatus sum.  
Tristissimis illis inter cives academicos oboris turbis, iam seme-  
stri praeterlapso reliqui hanc almam Musarum sedem et in pa-  
triam redux factus per integrum annum Dresdae commoratus  
sum. Hic et institutionibus privatis avunculi optimi KKEYSIGII  
fruitus sum et eiusdem scholis pathologico-therapeuticis et clinicis  
interfui; audivi praeterea Ill. SEILERUM, medicinam foren-





sem, Fratrem carissimum, pathologiam et materiam medicam, Excell. CARUM, artem obstetriciam et zoologiam, Exc. OHLIUM chirurgiam docentes; frequentavi Clinicum chirurgicum Exc. OHLII, Policlinicum fratris, et obstetricium Exc. CARI. Anno MDCCCXIX in universitatem Berolinensem migravi per anni spatium Ill. GRAEFII de Akiurgia et Ill. HORNII de psychiatria paelectiones, clinica autem Perill. HUFELANDII, Ill. GRAEFII, Ill. BEHRENDTII, Exc. RUSTII, et Exc. WOLFARDII frequen-tavi. His omnibus viris propter institutiones, qua mentem meam excoluerunt, egregias, et ob maximam, qua me ornarunt, benevolentiam obstrictissimum me sentio. Colloquio ad aegroto-rum lectulos in clinico regio literarum universitatis Lipsiensis, Exp. WENDLERO feliciter superato, die secundo mensi Octob. anni praeteriti altero examine, quod rigorosum vocant, tentatus sum.

E quo tentamine cum laudatus discederet, unum eruditio-nis medicae specimen edendum ipsi supererat, antea, quam docto-ri medicinae et chirurgiae honoribus poterat ornari. Scilicet dis-putatio inauguralis, quam ipse optime elaboravit,

*de sede et caussis vesaniae*

publice contra dissentientes defendenda est proximo die Veneris, seu d. XVIII. Mai. Quo feliciter peracto, ego, Cancellarii locum hac vice obtinens, praemissa oratiuncula Ipsi veniam dabo, sum-mos Apollineae artis honores acquirendi.

Ne autem haec ipsa solemnitas academica splendore ac dig-nitate careat, summa, qua decet, observantia et Ordinis mei,

et Candidati nomine rogo, ut, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, SERENISSIMI PRINCIPES, ILLUSTRISSIMI COMITES, PROCERES UTRIUSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI, COMMILITONES AESTUMATISSIMI, ORNATISSIMIque, Vestra praesentia honorifica nos benivole ornare velitis.

P. P. Dom. Misericord. Domini A. R. S. ccccxxi.

---

LIPSIAE, LITTERIS STARITII, TYPGOR. UNIV.